



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Orationibus lacvlatoriis Libri IV. Ascetici, Seu ad exercitationem spectantes

Balinghem, Antoine de

Antverpiae, 1618

Religiosissimo Et Per Qvam Reverendo In Christo Patri Ac Domino D.
Bernardo De Montgaillard Doctori Theologo, Vallis Avreæ Sacri Ordinis
Cisterciensis Abbati longè dignissimo, & Sereniss. Archiducum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51085](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51085)

RELIGIOSISSIMO
ET PER QVAM REVERENDO
IN CHRISTO PATRI
AC DOMINO
D. BERNARDO
DE MONTGAILLARD
DOCTORI THEOLOGO,
VALLIS AVREÆ

Sacri Ordinis Cisterciensis Abbati
longè dignissimo, & Sereniss.
Archiducum Belgij Principum
Sacro Oratori primario

S. P.

Am pridem (Religiosissime Præsul) Societas IESV omnem captat tui orandi occasionem, quam adhuc pro voto suo non inuentam cùm doleret, istam qualem qualem
† 2 nacta

nacta, arripuit auidè (dum sese melior daret) tum vt aliquam tibi interim grati sui in te animi ob tanta tua in eam merita significationem faceret, tum vt publicum virtuti, quæ tanta in te est, testimonium afferret.

Vir es, vigesque iam inde à prima adoleſcentia, mundi & carnis inuitamentis valere iuſſis (quæ quidem tibi vt nobili loco nato plena illecebrarum non defuerunt) in ſacra Ciſtertiensi familia in extrema vitæ omnis, victusque & cultus aſperitate; ac plena Chriſti cruci confixi imitatione educatus, in qua poſt altius iacta religioſæ diſciplinæ fundamenta ad eam virtutum omnium perfectionem pertigiſti, vt non magis nomine quàm re Bernardum referres; adeò in te eminebat, orandi ſtudio, animi mundities, & caſtimonia, crucis atque euangelicæ paupertatis amor, obedientia, animi demiffio, cæteraque viro religioſo digna virtutum ornamenta.

Et

Et quoniam D. Bernardi instar Lucæ 24.19.
eras, non tantum opere potens sed &
sermone, omnibusque ad dicendum
tum naturæ, tum doctrinæ, tum gra-
tiæ præsiidiis instructus, moderato-
res tui super candelabrum adeò illu-
stri lampade collocata te iusserunt Math. 5.15.
ad populum verba facere, quem fa-
nè cum Aquitania & Gallia Narbo-
nensis, tum Galliarum princeps ciui-
tas dicentem calamitosis illis maxi-
mè temporibus non semel demirata
est; quando & orthodoxos ut ma-
iorum fidem atque aduersus Sedem
Apostolicam obedientiam tueren-
tur constanter confirmabas, & secta-
riis acre bellum cum indixisses, illos
ipsum virtutis verbo veritatisque pro- Eph. 1. 13.
figabas: quæ quidem omnia pluri-
maque alia à te sunt præstita, dum
tibi illo in regno esse licuit securo,
donec tempestatis gravitate co-
actus solum vertere, in Belgiam hanc
appulsus es, quæ te sinu magno fa-
nè bono suo excipiens mirata est se Ecccl. 48.1.
in te vno excepisse, & Eliam alte-
rum

1. ad
Cor.
10.4.

rum, cuius verbum quasi facula ar-
deret, & alterum Paulum, cuius arma
militiæ nõ carnalia sed potētia Deo.

Quis enim te vnquam aut auorum
religionem vindicauit acrius, aut er-
rones nostros infectatus est vehemē-
tius, aut perditos mores reformauit
studiosius, aut vitia euellit penitius,
aut virtutes inseuit altiùs? Testes
Bruxellæ & Antuerpia, quibus in ci-
uitatibus dum te omni laude cumu-
latum præstas Christi oratorem &
legatum, hæreses expugnas, verbi

Hier.
13.29.
Psal.28.
5.8.9.
Psal.147.
18.

Dei malleo conteris petras, confrin-
gis cedros Libani, præparas ceruos,
concutis desertum, reuelas conden-
sa, emittis verbum tuum & fluunt a-
quæ, dum peccantibus iuxtà ac piis
cies lachrymas, illis quidem doloris,
his autem deuotionis; adeò vox tua

Psal.28.4
Cant.
4.3.
Ad He-
breos 4.
12.

vox virtutis est: adeò eloquium tuum
est non modò dulce, sed & efficax &
penetrabilius omni gladio ancipiti,
pertingens vsque ad diuisionem ani-
mi ac spiritus, compagum quoque ac
medullarum.

Quæ

Quæ causa fuit cur te præ cæteris
Serenissimi Archiduces Principes
nostri, tum principem Oratorem
suum, tum sacrae Vallis Aureæ fami-
liæ Præfectum esse voluerunt. Et sa-
nè quem potius Aureæ Valli quàm
virum verè aureum præficerent au-
rei ipsi sapientissimi que Principes?

Aureum est os tuum, alter Chry-
sostomus: aureus sermo, secundus ^{Cant. 5.}
Chrysológus: aurea mens tua, caput ^{11.}
enim tuum aurum optimum: opera ^{Cant. 5.}
tua aurea, quia manus tuæ aureæ:
nempe à te emptum aurum illud de
Apocalypsi ignitum, probatum, vt lo- ^{c. 3. 18.}
cuples fieres.

Summa, ne te scribendo teneam, es ^{Ecccl.}
quasi vas auri solidum, ornatum omni ^{50. 10.}
lapide pretioso: solidū quidem, quia
à sapientia & charitate purè aureum;
ornatum verò, quādo variarū splen-
dore virtutum, orationis, pietatis in
Deum, temperantiæ, & mansuetudi-
nis nitent tua hæc sapientia & cha-
ritas: quæ omnia & singula, vtinam
quemadmodum rerum euentus ex-
perien-

perientiaque confirmat, ita mihi per
tuam modestiam liceret fusius enar-
rare.

Quæ eadem (vt & angustiores hu-
iusce epistolæ, quibus me coarctatum
video, termini) effecere, vt nihil dice-
re liceat, de hospitalitate tua, qua nõ
comiter magis quàm liberaliter &
prolixè quosuis accipis summos in-
fimosque.

Nihil de patientia tua raraque ani-
mi æquitate in aduersis, siue morbis,
qui te frequenter periculi plenissimi
lecto affigunt, siue calumniis quarum
tenebras dum in silentio & spe est
Ifa. 30. fortitudo tua, veritatis luce diffi-
15. patas penitus, gaudent boni omnes.

Nihil de accenso boni publici zelo
tuo, quo (vt cætera taceam) quâ con-
silio, quâ auctoritate, quâ re, quâ
vigilantia & sollicitudine, quâ operâ
præstitâ non postremas tibi vendicas
in Collegij istius Luxenburgensis
sectandis procurandisque cõmodis.

Nihil de prudentia tua, cùm ciuili
tum œconomica, quam vtramque in
te

te inesse summam fatentur vniuersi:
& vt ipsi fileant eam loquuntur tum
ordinum Ducatus istius Conuentus,
in quibus eximia cum prudentiæ
consilijque laude sententiam dicis:
tum Vallis Aureæ res familiaris, quæ
sapienti tuâ administratione magnū
cepit incrementum, & quod inde fit
Religiosorum Deo famulantium nu-
merus, qui per te altero ferè tanto
auctior effectus est: eam denique
prudentiæ laudem singularem lo-
quitur eiusdem familiæ regimē tuum
tam forte quàm suaue, imò veriùs
suaue fortiter forte, suauius (quod
quidem caput est rectoris optimi)
quo dum attingis à fine vsque ad fi- Sap. 8. r.
nem fortiter, & disponis omnia sua-
uiter, nihil est quod à tuis ea fortitu-
dine & suauius non impetres; præ-
sertim cum eos non verbo tantum
sed & vitæ exemplo, quo in omnibus
ipse præis omnibus, ad ea quæ sunt
religiosi instituti prouoces vehemē-
ter, sisque eius simillimus, qui priùs AA. 1. r.
cœpit facere quàm docere.

† 5 Quibus

Quibus sanè rebus id à te perfectum constat, & si antè fuerit Aurea Vallis cui præes, augusto hoc nomine, nunc quidem eodem illa meritissimò sit appellanda.

Thren. 4. 2. Ibi visuntur filij Sion inclyti & amicti auro primo, primo inquam & notæ primæ, quoniam præ illo diuini amoris auro, quo collucent

Iob 28. 15. 19. ipsi, sordet aurum obrizum. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sapphiro. Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, nec tincturæ mundissimæ componetur.

Iac. 3. 17. Ibi micat aurum sapientiæ veræ illius germanæque, quæ desursum est, quæ pudica, quæ pacifica, quæ modesta, quæ suadibilis, quæ bonis consentiens, quæ plena misericordiâ

Apoc. 5. 8. & fructibus bonis. Ibi spectare licet phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum, quas benè longas in nouo illo D. Virginis Mariæ Aspricollis fecesu, à te in cœnobio tuo tam operosè

&

& commodè quàm piè & sapienter
exædificato, te præeunte fundunt
statis horis filij tui.

Quid plura? verè loquar, tuæ fi- ^{Exodi}
dei credita familia est instar arcæ ^{37.2.}
testamenti, quam vestiuit cælestis
Beseleel auro mundissimo intus &
foris. Est velut templum Salomonis, ^{3.Reg.}
in quo nihil erat quod non auro te- ^{6.11.}
geretur. Æmulatur denique cæle-
stem Hierusalem, cuius vel platea ^{Apoc.}
ipsa aurum mundum, quòd in fami- ^{21.21.}
lia tua aurea sint omnia, adeò vt Val-
lis istius etiam glebæ sint aurum,
quandoquidem minima etiam filio- ^{Iob 28.}
rum tuorum opera aurea sunt, au- ^{6.}
reoque micant fulgore charitatis.

Neque verò te aut superstitite aut
etiam vitâ functo est extimescendum
ne de hac Aurea Valle tua occina-
tur lugubre illud de Threnis: Quo- ^{c.4.3.}
modò obscuratum est aurum, muta-
tus est color optimus? Tam est enim
præstans, tam probatum, tam purga-
tum quod à tua fornace exit aurum,
vt Deo dante nulla sit vmquam tem-
poris

Eccl.
44.11.

poris iniuriâ obscurandum, nullâ maculâ offuscandum, rubigine nullâ inficiendum. Relinques scilicet aureos virtutum tuarum hæredes, atque hæreditas Sancta nepotes tui, neque aurum tuum æruginet vnquam, quod quidem opulentis atque auaris fore comminatur D. Iacobus.

6.5.3.

Atque his aliisque Præsul Religiosissime cælestia (nè dubita) & verè aurea præmia te manent, quando coronâ aureâ caput redimitus apparebis & extabis toti orbi conspicuus: quando quoniam sapientiæ & doctrinæ fulsisti auro, eris sicut splendor firmamenti quod auro splendidius lucet, & quia ad iustitiam erudiisti quàm plurimos, eris sicut stellæ in perpetuas æternitates.

Eccl.
45.14.

Dan.
12.3.

Quæ quidem tibi ex animo opto voueoque: vouet item mecum Societas IESV, cuius tu fuisti semper & es etiam modò fautor eximius, protectio fortis, patronus atque acer-

Eccl. 6.
14.

cer-

cerrimus defensor, summi in eam affectus creberrima, summaque ac prolixæ benevolentia significatione: eoque factum ut nihil ipsa magis habuerit unquam in votis quam luce palam profiteri quantum tanto debeat parenti, atque tot ac tantis eius benefactis aliquam saltem rependere vicem cum aliud non possit, grati scilicet animi testimonium.

Accipe itaque sapientissime & optime Præsul hoc qualecumque à me memoris animi testimonium. De orationibus iaculatoriis lib. 4. exile illud quidē donum quā meum est, nec satis dignum Valle tam Aurea: sed verè Aureum tum quòd Sanctorum Patrum aureis atque imprimis tui Bernardi verè aureo eloquentia fonte manantis sit sententiis refertum: tum quòd ab animo verè aureo sit (absit verbo assentatio) profectum, incense nempe tui studio, tuique honestandi flagrantissimo.

Deus

Deus Opt. Max. te, Præful dignif-
sime, in multos annos Aureæ suæ
Valli, Societati Iesv, toti denique
Reip. Christianæ seruet incolumem.
Infulis 6. Ianuarij, Anno 1618.

Admodum Reuerenda Dominat. tue

seruus in Christo humillimus

ANTONIUS DE BALINGHEM.